



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Equitivs C. 7. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

de Republ. Christianâ meruit, ut inter Doctores sanctiores Princeps habeatur. Certè præclaram censuram CHRISTVS è cruce tulit illis verbis: *Bene de me scripsisti: Thoma, merces tua quæ erit?* Superi, quibus studiis veteres verbum illud BENE emendicarunt! De stipendo quid dicam? dum præter ipsum, de quo scripserat, petiit nullum, majus non potuit petere. Ad aram porrò cum fecisset, solemne habuit facienti deinde alteri pro ministerio assistere, ut qui idem amant facere in pietate discipuli, illud facere se sciant, quod prior Angelicus Doctor fecit. Denique in unam DEI gloriam coniecit oculos; atque hinc à morte, stellâ pectus insignis, dixit eam purâ animi intentione se meruisse. Itaque astra in quæ collimavit, facillè obtinuit? nos quia oculo non cælum amplissimum, sed scopum terram pusillam statuimus, toto cælo erramus. *Ex Suario.*

Nescit vincere vitia corporis, qui deponit cingulum virtutis. Christi ergo castitatis baltheo, quod est insigne militia Christiana, fluxam carnis detruncemus ignaviam, & regis nostri expectatione vigilans in somnum seculi somnum nesciamus. Pet. Chrysol. serm. 22.

S. EQVITIVS C. 7. Martij.

QVOD paucis datum est, castitatis donû EQVITIVS Angelorum beneficio consecutus est, qui omnem libidinis fomitem auferre à dormiente sunt visi. Qui nosse cupit, qui sibi Angelos tam demeruerit, noverit precibus id fecisse castis, quas si in carnis luctâ cum EQVITIO plures funderent, plures e iam hostem funderent. Cæterùm rube donatus miles noster, nihilominus pro castitate sedulus vigilavit. Quare cum Basilium Magum

reci-

recipere inter monachos cogere, palam edixit
dæmonem sub monachi larvâ latere, quam illi
tunc detraxit, cum virgo è velatis febrî correpta
unius Basilij opè in clamavit. Rectius enim EQVI-
TIVS hanc curavit, Basilio medico extra septa mo-
nasterij ejecto. Alterum dæmonem ex alterâ vir-
gine proseripsit. Sed ille bellè se purgavit, cum
otiosum lactuca infedisse, & gulosæ dentibus ul-
tro petatum se & devoratum dixit, utique levi
manu, quæ crucem duceret, abigendum. Porro
alterum donum ab Angelo tunc tulit, cum lin-
guam ejus hic ferro tetigit, ut jam, etsi vellet, ta-
cere de Deo non posset. Quod tamen sui contem-
ptum in moribus etiam & vestibus præ se ferret,
obstiterè dicenti ad populum Pont. per nuntium
cogitabat. Sed uterque aliter monitus à cælo,
cœptis destitit. Mortuus deinde EQVITIVS tamen
suos à Longobardorum vi defendit. Cum enim hi
trucidandos monachos à tumulo Divi abstrahe-
rent, hostibus hic alios hostes dæmones malos
immisit. Ab his infessi Longobardi obsidionem
scilicet cœnobii solverunt. Ex Dial. S. Greg. l. 1. c. 4.

*Non debet fidelis anima, quæ Angelorum consortia
concupiscit, dæmoniorum luscibus delectari: quicun-
que vel est Templum Dei, vel esse desiderat, sollicitè
caveat, ne vana sectando desinens esse templum Dei
fiat habitatio tenebrarum, fiat Dæmonis monimen-
tum. S. Max. de Circumcis.*

S. PHILEMON M. 8. Martij.

Dedit hodie cælo risum PHILEMON, cum tex-
tis tantum pararet nimis doctus minus.
Apollonius Christianus sacrificare Diis jussus,
cum & scelus facere, & ni faceret, pœnas dare me-
tueret.